Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496 Seite 672



salus. qꝛ salus saluat. vel qꝛ tali ỽbo vti/
mur in salutatōe. Jn̄ salu⁹ ua. uū. Jnde
hec saluitas tatꝫ. Et salue saluete. salue/
to. saluetote. ỽbū defectiuū. ⁊ salutatoriū.
Et saluio saluis saluire. in eodē sensu. id
est eē vel fieri saluū. Vn̄ Oracius. Ver/
bis amatorē fuscū saluire iubemus. Le/
gitur ibi tn̄ ⁊ saluere

Saluto as. a. p. i. salutē nūciare vł optа/
re. ⁊ dı̄ a salus.

Sancio sancis sanxi vel sanxiui sanctū vł
sancitū. i. statuere ꝯsecrare sanctū facere
cōfirmare ⁊ irrogare. pene ab oı̄ iniuria
defēdere. ⁊ dı̄ a sanguis. Sic ⁊ leges san
cte ⁊ mores sancti dicunť. ⁊ hoīes cōfir/
mati in fide sancti dicunť. Et dı̄ sancire
a sanguine hostie. ⁊ hoc de veteri ꝯsuetu
dine. Nihil vero sanctū apud veteres di-
cebať nisi qd̄ sanguine hostie esset ꝯsecra
tum vł respersum. Vn̄ hi q̄ purificari vo
lebāt sanguine hostie vngebanť. inde sci
postea dicebanť q̄si sanguine vncti. Sed
mō sanctus dı̄ q̄ in fide christi est ꝯfirma
tus. Et sanctū qd̄ violare ⁊ corrumpere
nephas ē. Jn̄ sancitus ta. tū. Vnde ad
Heb. viij. Qd̄ in melioribꝫ repromissio/
nibus sancitū est ƀm Hugui. Nota tn̄ ꝙ
ƀm modernos sancio cis. facit p̄teritum
sanxi. Vetustissimi tn̄ etiā sanciui vł san
cij ꝓferebāt. ⁊ supinū facit sanctū. xi. mu/
tata in ctū. vt sanxi sanctū. Jnueniť etiā
apud vetustissimos. sanciui sancitū. Vn̄
Lucretius. Quod porro necꝫ sancitum
q̄nidē extat.

Sanctifico cas. a. p. i. ꝯsecrare ꝯfirmare
vel mūdare vł seq̄strare. ⁊ diciť a sanctus
et facio.

Sanguiminuo nuis. nui. a. t. i. sanguinē
minuere. ⁊ dı̄ a sanguis ⁊ minuo.

Sanguino nas. a. p. i. sanguinē emittere
vel minuere vł sanguine inq̄nare

Samno as. a. p. i. deridere. ⁊ dı̄ a samna
ne. qd̄ idē est qd̄ derisio. sed nō est in vsu
in simplici. ſꝫ in cōposito s. subsamno as.
vide infra subsamno.

Sano as. nare. a. p. i. mederi. Et ꝯponiť
cū re. vt resano as. i. iterū sanare. ⁊ ꝓdu.
sa. Vn̄ Oui. de reme. Qui poterit sanū
fingere san⁹ erit. Discite sanari ꝑ quē di
dicistis amare.

Sapio pis sapui vel sapiui vł sapij. itū.
n. t. ⁊ hꝫ p̄teritū atꝗꝫ supinū ad modum
q̄rte ꝯiugatōis. Et sig̃t duo. Sape. i. ha
bere saporē. vt iste cibꝫ bn̄ sapit. ⁊ est ab/
solutū ƀꝫ h̄. Jnueniť tn̄ ꝯstructū cū accō
Vel qꝛ tūc ꝑ accm̄ designať causa. ⁊ po/
niť ꝑ ablтō. vt Jste cibꝫ sapit saporē. i. sa/
pore. Vel qꝛ in eo intelligiť ỽbū qd̄ exi/
git accm̄. vt Jste cibꝫ sapit carnes asini/
nas. i. saporē rep̄sentat vł imitať vł simi/
lat illas. Jtē sape. i. hr̄e sapiētiā. Et hec
sig̃tio tracta est ex p̄ma. Sicut ꝑ saporē
cibos discernimus: ⁊ sic ꝑ sapientiā res.
Et sic gustus aptus ē ad discretionē sa/
poris ciboꝝ. sic ⁊ sapiētia ad discernen/
das causas rerū. Jn̄ sapid⁹ da. dū. i. sa/
porem habens. saporidatus. Et compa
ratur. Jnde sapiditas sapiditatis. Sa/
pio ꝯponiť Desipio pis. i. delirare. seor/
sum a sapore eē. vel facere neq̄tare. Jnde
desipisco cis. inchoatiuū. Resipio pis. i.
redire ad sape. Et ꝓprie ille resipit q̄ peni
tens forefacti redit ad satisfactionē et ad
sape qd̄ dimiserat forefaciēdo. Jn̄ resipi
sco cis. inchoatiuū. ⁊ cor. sa. Vnde Pro/
sper. Non prodest quicꝗꝫ recte sapuisse
malignis.

Saporo as. aui. a. p. i. saporatū facere.

Saracenizo as. n. p. i. more saracenoꝝ se
hr̄e. ⁊ dı̄ a saracenus

Sarcino nas. a. p. i. onerare. ⁊ cor. ci.

Sartio tis. sarsi sartū. a. q. Et ƀm antiq̄s
inueniť sartiui sartitū. i. suere. Jn̄ sarto/
res dicunť sutores. vł vestiū reꝑatores.
Qꝛ aūt diciť sartio q̄si setis porcorū filo
insertis suo. etymo. est. Sartio cōponi/
tur Cōsartio tis. Dissartio tis. Resartio
tis. id est dissuere. vel iterum sartire vł re
ficere.

Sario is. iui. ritū. a. q. i. purgare. circūfo
dere. herbas nociuas euellere. Jn̄ h̄ sar/
culū li. vel hic sarculus li. instrumentū sa
riendi. Vn̄ Esa. vij. Et omnes montes
q̄ in sarculo sarienť. Et hinc sarculo las.
laui. id est sarculis aptare purgare. sicut
miliū ⁊ hm̄oı̄.

Sardo as. aui. a. p. i. intelligere. ⁊ dı̄ a sar
dis ciuitate vł insula. qꝛ hoīes illius loci
subtiles sunt ad intelligendū.

Sarmento tas. taui. n. p. i. sarmēta vitiū
colligere amputata vel amputare ea vel
sarmenta facere

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0672
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG